

est quam ut profiteri nos scire audeamus. credendum  
nimirum est veteribus et priscis ut aiunt viris, qui se  
progeniem deorum esse dicebant itaque eorum voca-  
bula nobis prodiderunt; nosse autem generatores suos  
optime poterant, ac difficile factu est a deis ortis 5  
fidem non habere: quamquam nec argumentis nec  
rationibus certis eorum oratio confirmatur, sed quia de  
suis nobis rebus videntur loqui, veteri legi morique  
39 parendum est. sic igitur ut ab his est traditum horum  
deorum ortus habeatur atque dicatur, ut Oceanum Sa- 10  
laciamque Caeli satu Terraequ conceptu generatos  
editosque memoremus, ex is Saturnum et Opem, dein-  
ceps Iovem atque Iunonem, reliquos, *⟨quos⟩* fratres inter  
se agnatosque usurpari atque appellari videmus, et  
eorum, ut utamur veteri verbo, prosapiam. 15